



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinae, Sacr. Theologiae, Ac I. V. D. Vticensis
Episcopi, Tractatus De Legitima Svmmi Pontificis
electione, iuxta Summorum Pontificum, praesertim
Gregorij XV. & Sanctiss. D. N. Urbani ...**

Bonacina, Martino

Lvgdvni, 1637

Additiones Ad Tomvm II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10669



ADDITIONES

A D

T O M V M II.

DE legibus disp. 1. quæst. 1. punct. 4. pag. 19. col. 2. vers. 1. num. 160. adde *Becanus de legibus, tract. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 3.*

Ibidem vers. 13. post hæc verba, *rosi videantur. Adde, & ne peccandi occasionem præbeant; potestas enim non est data in destructionem, sed in edificationem. 2. Corinth. 13.*

Pagina ead. & columna, vers. 20. post illa verba, *& alios, adde, Quibus adde Becanum 2. part. tract. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 3. & 4. ubi ait, eos, qui leges Pontificias non acceptant, licet peccent, quoties illas absque rationabili causa non acceptant, non tamen teneri ad legem observandam. hac de causa, excusat multos in Germania non servantes Decreta Concilij Tridentini, aut Bullæ Cæ-*

na,

na, eo quod huiusmodi decreta multis in locis usu recepta non fuerint. Addit etiam idem Auctor Episcopos, aut Principes, quibus mandatur, ut legem aliquam promulgent, ac recipiant, peccare, quoties illam absque iuxta causa non publicant, & non recipiunt; successores verò ipsorum, ait, non peccare, atque adeò Episcopos, aut Principes hoc tempore viuentes, quorum antecessores non receperunt Concilium Tridentinum, aut Bullam Cœne, dum primùm publicarentur, in conscientia excusari, & multo magis eorum subditos. Verùm quid ego circa Bullam Cœne, quæ quotannis publicatur, sentiam, constat ex dictis in Bulla Cœne, disp. 1. q. 15. puncto 4. §. 5.

Disp. de peccatis, quæst. 2. punct. 4. num. 5. in fine, post illa verba, secunda propositione. Adde, Sed prius observa, ad vitandam turpitudinem in actibus secundum speciem indifferentibus, optimum consilium esse, si ad gloriam Dei referantur; tum quia sic adimpletur consilium illud Apostoli, siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite; tum quia huiusmodi opera non censentur otiosa, cum debito fine non careant; tum quia hoc pacto seruatur ius naturæ præscribens seruandum esse dictamen rectæ rationis; recta autem ratio dicitur, actiones mediatè, vel immediatè referri ad finem ad quem creati sumus, ita Becanus loco citato.

T

Ibidem,

Ibidem, quæst. 4. punct. 6. num. 21. post illa
 verba, *alijs communiter. Adde, idem in simili docet*
Becanus loco citato num. 8. ubi ait, eum qui credit
se teneri ad aliquam rationem, nesciens discernere
ad quam virtutem pertineat, teneri solum illo præ-
cepto generali, bonum faciendum, & malum fu-
giendum.

ADDI